

dientiam intravit peccatum in mundum, & per peccatum mors. Ex quo dicto D. Gesnerus Form. Conc. p. 53. quod peccatum originale detur, ejusmodi format argumentum: *Per Adamum istiusmodi peccatum in mundum intravit, quod omnibus hominibus commune est. Sed peccatum quod quisq; aetate committit, non omnibus commune est.* Siqvidem infantes actualia peccata nondum committere possunt. *E. præter peccata actualia erit aliquod peccatum ipsa progenie ab Adamo in universos transfusum.*

*Obviat egresso quoties mihi Baucis, ut ajam,*

*Paucis, sto, subito me referoq; domum.*

### Canon Sophisticus.

Idem vocabulum sive producitur sive corripitur, quocunq; etiam modo proferatur, eandem ubiq; vim significandi habet.

### Solutio.

Solutio fit clara & expedita pronunciatione aut etiam interdum scriptione. Ut: Ara & bara. Malum primâ longâ & malum primâ brevi, re & verbo differunt. Quo facto statim emergunt quatuor termini.

### CAPUT